



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 5. Numerus Cardinalium a Synodo stabilitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A.C. 1436.

§. V.

*Numerus Cardinalium a Synodo  
stabilitus.*

*Labb. Conc.  
to. 12. p. 562.*

Synodus primum Articulum de Cardinalibus a Concilio Constantiensi præscriptum executioni dare constituit: quod propter Purpuratorum numerum ad viginti quatuor tantum restringit, ne eorum numerus (verba sunt ipsius Concilii) *gravis sit Ecclesiæ, nec superflua numero sit te vilescat.* Præterea sanxit, quod hi in omnibus Christianitatis regionibus assumantur; ut notitia rerum in Ecclesia emergentium facilius haberi, & super his maturè deliberari possit. Dein præscribit, qui sint Viri in scientia, moribusque ac rerum experientia excellentes, inter eos quoque aliqui possint esse, Filii, fratres, aut Nepotes Regum, seu magnorum Principum. Primum quoque erga sanguine junctos effectum exulare omnino vult, decernens ut non fiant Cardinales Nepotes Romanæ Pontificis, aut alterius Cardinalis viventi. Præter hos excludit illegitime natos corpore vitiatos, aut alicujus criminis vel infamiæ nota respersos. Item statuit ut prædicto Cardinalium numero etiam de Græcis, quamprimum Romanæ Ecclesiæ uniti fuerint, insignes aliqui

Viri adjici possint; Non tamen, inquit, **Sæcul. XV.**  
 Cardinalium tam Latinorum, quam Græ- **A. C. 1436.**

corum electio fiat per solam Pontificis  
 nominationem, vel quamcunque aliam  
 secretam instigationem, sed per viam scru-  
 tinii, *ut majorem partem Cardinalium per  
 subscriptionem manus propriæ collegialiter  
 consensisse constet* (\*). Demum eodem  
 decreto præscribitur ætas in eligendis  
 requisita, bona, quæ ab Ecclesia perci-  
 pere possent, & munia, quibus defungi  
 deberent. Statuit ergo Synodus, ut re-  
 cens eligendi non minores sint triginta  
 annis; hac enim ætate judicii maturita-  
 tem, ac sani consilii copiam in eis præ-  
 sumebat. Quoad bona vero sancitum,  
*ut de redditibus seu proventibus terrarum Ro-  
 manæ Ecclesiæ medietas ad Cardinales per-  
 tineat.* Præcipuas tandem eorum fun-  
 ctiones his verbis complectitur: *gravia  
 & ardua negotia nonnisi, de ipsorum con-  
 silio, & directione fiant; omnes literæ A-  
 postolicæ ac Pontificum Bullæ eorum  
 sigillo muniantur; demum credant se esse,*  
 ut

(\*) Decretum Basileense Pontificis nomi-  
 nationem non excludit, sic enim habet: *Non  
 fiat Cardinalium electio solum per auricularia  
 vota, sed illi solum assumi possunt, in quos fa-  
 ctio vero scrutinio ac publicato, majorem par-  
 tem &c.*

Sæcul. XV. ut reipsa sunt, Pontificum consiliarios, ac  
A.C. 1436 collaterales in auxilium administranda  
 ac regendæ Ecclesiæ vocatos.

## §. VI.

*De Electionibus, & reservationibus.*

*Labb. Conc.*  
*to. 12. p. 566.*

Ultimo tandem Synodus præscribit ritum electionum, ac præcipit, ut omnino liberæ sint juxta anteriorem reservationis decimæ dispositionem; omnesque gratias expectativas, mandata, aliasque consimiles beneficiorum reservationes, quas Pontifices Romani antea in sui compendium facere consueverant, penitus abrogat, ac irritas declarat. Ejusmodi enim beneficiorum reservationibus nonnunquam funestæ Ecclesiis infligebantur calamitates; nam vota ceptandæ mortis nascebantur; quoniam illi ipsi, in quorum gratiam ejusmodi reservationes fiebant, tædio affecti, quod possessor beneficiorum diutius, quam expectassent, vitam protraheret, plerumque de illo tollendo cogitabant, aut saltem ejus mortem secreto exoptabant. Quibus id insuper accedebat incommodum, quod raro aliquod vacare posset beneficium, nam Pontifices ante possessoris mortem de successore providebant (\*).

(\*) *Hæcæ nãvias Continuator noster demum*